



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

j. De Accusationibus, Denunciationibus, & Inquisitionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

INSTITVTIONVM IVRIS
CANONICI LIBER
QVARTVS.

DE ACCVSATIONIBUS,
denuntiationibus,
& Inquisitionibus,

TITVLVS I.

Criminalia Iudicia non habent aliquid simile cum Civilibus. Et, instituuntur per Accusationem, Denuntiationem, & Inquisitionem: Et, Accusationem inscriptio, denuntiatione charitativa monitio præcedere debet. h. d.



Criminalia Iudicia nihil ferme simile habent cum ceteris Iudicijs, de quibus proxime locuti sumus: magnaue diuersitas eorū est, & in instituendis, & in exercendis. Instituuntur aut̄ aut per Accusationem, aut per Denuntiationem, aut per Inquisitionem. Per Accusationem, cum solenni præcedente inscriptione^a per Accusatorem Rei crimen ad Iudicem deferitur. Per Denuntiationem, vt cum nulla præcedente inscriptione, sed tantum charitativa monitione ad Iudicis notitiam crimen deducitur. Ideo autem, cum in modū Accusationis, crimen obijcitur, est inscriptio necessaria, non cum in modum Denuntiationis: quoniam ad depositionem instituitur ac-

can. qui crimen. 2. q. 8. & cap. super his. in prin. extra. cod.

cusatio, sed ad correctionem esse denunciatio facienda.

Accusator non probans obiectum crimen tenetur ad pœnam talionis, nisi suam innocentiam purgauerit, & interim dum purgat, est suspendendus. h. d.

Accusator igitur, si legitimis destitutus sit probationibus, eam pœnam^b debet incurrere, quam si probasset, reus sustinere debebat. Denuncians verò licet ad talionem non teneatur, si tamen^c in probatione deficiat, donec suam purgauerit innocentiam, ab officio & beneficio suspendendus erit: vt ceteri simili pœna perterriti, ad aliorum infamiam facile non prosiliant.

Ponit, quando procedendum sit per inquisitionem. h. d.

Per Inquisitionem Criminale Iudiciū instituitur, cum præcedente diffamatione^d, ac quasi denunciante fama, de crimine Iudex inquirat. Constitutum est enim, ne criminum facilis nimis sit obiectio: vt sicut, ad accusationem legitima præcedere debet inscriptio: & denuntiatione charitativa monitio: ita & inquisitionem clamorosa insinuatio^e præcedere debeat.

b can. qui non probare. 2. q. 3. et can. qui crimen. 2. q. 8.

c cap. 2. extra. de calumni.

d cap. qualiter. & quando. el. 2. extra. cod.

e cap. 2. extra. cod.

f cap. inquisitionis. & tertie. uers. ad hanc. extra. cc.

Confessus crimina coram inquisitore, non poterit confessionem suam eo prætectu reuocare, quòd non præcesserit fama inquisitione. hoc dicit.

a cap. 1. eo. tit. in 6.

Si quis^a tamen, postquam coram eo, qui contra ipsum super certis criminibus inquisitor deputatus fuerat, eadem crimina còfessus fuerit, frustra postmodum eo prætectu confessio nem suam impugnare contendet, quòd super eisdem criminibus non fuerit antea diffamatus.

Si iudex processerit non excipiente inquisito de non diffamatione, processus tenebit. hoc dicit.

b cap. sui. eo. tit. in 6.

Idem etiam erit^b, si is, cui còtra te commissa super certis criminibus fuerit inquisitio, te præsente, nec quicquam super hoc excipiente, infamiae inquisitione omiſsa, ad veritatem eorundem criminum inquirendam processerit. Nec enim processum huiusmodi, eo quòd non fuit de infamia primitus inquisitum, vltèrius impugnare poteris.

Si crimen opponatur excipiendo, non est necessaria inscriptio. h. d.

Accidit autem interdum, vt alicui nec accusando, nec denūciando, nec inquirendo, sed excipiendo crimen opponatur, vt putà^c, cùm quid obijcitur, vt quis ab accusatione, vel testificatione repellatur: quo ca-

c capit. super his. §. cum autem. extr. eod. tit.

su non erit inscriptio necessaria.

Non est necessaria inscriptio, si crimè obijciatur. ut quis ab officij. uel beneficij assecutione excludatur, quo tamen casu si post confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pena extraordinaria. h. d.

Sed^d an, si propterea crimen opponatur, vt quis à promotione officij, vel beneficij assecutione excludatur, necessaria tunc sit inscriptio? Et prodirum est, si ante confirmationem obijciatur, non cogi quenquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum promouendum quidem impedit, non tamen iam promotum deijcit. Post confirmationem verò, cùm scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & ab obtento deijcit, ad extraordinariam poenam secundum arbitrium iudicis citra vinculum inscriptionis, si defecerit in probando, est excipiens astringendus.

d cap. super his. §. cum autem. extr. eod. tit.

DE DVPLICI purgatione, TITVLVS II.

Quid sit purgatio. & quomplex. Et quòd vulgaris purgatio est penitus improbata. hoc dicit.

Contingit etiam interdum, vt licet aduersus criminofum, nec accusator consistat, neque testibus, aut propria fit